

piunt vel *Hahn. vel Bacch. in suis Comm. eodem.* Illud tandem cum sapius laudato Hahnio defendere sustinebimus, cum rerum dominia ex possessione coeperint *l. 1. §. 1. de acq. poss. ratione acquisitionis dominii esse partes proprietatem & possessionem, post illud acquisitum nihil inter se habere commune, per l. naturaliter 12. ff. de acq. v. amitt. poss.*

(c) Huc pertinet distinctio Ususfructus in causalem, quem Dominus habet jure dominii, qui pars ejus dicitur *l. 4. ff. de Usuf. uctu & formalem, qui à proprietate est separatus, quod patet ex ejus definitione traditâ in l. 1. ff. de usufructu in pr.* Atq; in hac notione opponitur proprietas usufructui. Inde in jure recepta distinctio, quâ alia proprietas dicitur plena, cui conjunctus est usufructus, alia nuda, à quâ abscescit usufructus *l. 34. & passim ff. de usufructu. l. 2. ff. quibus modis usuf. amitt. l. 8. 10. 26. 39 ff. de usu, usufructu & operis & c.*

VII.

Species Dominii variæ adferri solent (a) Dividebatur olim in naturale & civile; (b) Et hoc quidem ex jure Quiritium; illud bonitarium sive in bonis dicebatur; Hoc cum peregrinis commune; illud verò civium Romanorum proprium.

(a) Multiplex est dominii divisio, *Pacius ad l. proprietatis 4. C. de probation.* Recentiores quidam adferunt quadrimembrem, quâ vel est plenum vel proprietatis nudæ, vel usufructus vel possessionis, quæ tamen nominis potius quam rei esse videtur. *Griphan. ad §. singulorum 11. Inst. de rer. divis.* Addunt etiam dominium quod κατ' ἐλπίδα dicitur. *Wes. in par. de acq. rer. dom. n. 4. Hartm. Pistoris quest. 38. num. 58. lib. 2. par t. 2. idq; probare conantur ex §. 2. Inst. de hered. qual. & diff. l. in suis 14. ff. de suis & legit. hered.* At verò improprie tale dicitur, cum filius patre vivente jus nullum habeat *arg. l. 63. ad L. Falci-diam;* dominium autem finivimus supra jus circa rem jam constitutum. *Dn. Hahn. in comm. ad par. Wesenb. de acq. rer. dom. n. 4. verb. Filius in bonis.* Nec sapit dominium Eminens Excellent. *Dn. Lysero Antecessori Academiae hujus illustris patrono meo devenerando in disputatione solenni de proprietate rerum thes. 28. & seqq.* sunt enim dominia proprie sic dicta privatorum,

B

qui